

Rector Universitatis Rostochiensis Joannes Bacmeisterus, D. Med. ... ad Exequias, quas ... Virgunculae Annae Dorotheae Filiolae ... Dn. M. Joannes Georgius Binderim, S. S. Theol. Prof. Publ. hodierno die parare constituit, Publico hoc Pragrammate Omnes omnium ordinum Reipubl. Literariae Cives, ea, qua par est, diligentia invitat & vocat ...

Rostochii: Kilius, [1677]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn746814151>


Druck Freier  Zugang





Bacmeister, J.,
Anna Dorothea
in **J. G. Binderim.**

R. 1677.

78







RECTOR
ACADEMIÆ ROSTOCHIENSIS
JOANNES BAC-
MEISTERUS, D.

Med. & Super. Math. Professor Ordinar.
ac Collegii Medici Senior, Viceq; Decanus,
ad Exequias,

qvas
Lectissima, Optimaq; spei Virguncula
ANNÆ DOROTHEÆ

Filiolæ suæ desideratissimæ

Parens mœstissimus,

Plur. Reverendus & Clarissimus

DN. M. JOANNES GE-
RGIUS BINDERIM,

S. S. Theol. Prof. Publ.

Hodierno die parare constituit,

Publico hoc


PROGRAMMATE

Omnes omnium ordinum Reipubl, Lite-
rariæ Cives, eâ, quâ par est, diligentia
invitat & vocat.

Conventio fiet in aede D. Nicolao sacrâ hora I pomeridiana.

ROSTOCHII, Typis Hæred. JOHANNIS KILII, Acad. Typ.

28


 Uram Infantium à Parentibus separati-
 onem Adriani Imperatoris scriniorum Ma-
 gister Ulpianus JCrus; Nullumq; non acer-
 bum Funus esse, quod Parens sequitur, Delicia-
 um Romanæ sapientiæ Seneca, lib. de Conso-
 lat. ad Marciam, statuerunt; cum talis Libe-
 rorum mors Parentes antevertens turbato
 quasi naturæ ordine secundum JCrum contingat. Quæ effa-
 ta quamvis suo nitantur fundamento, si numerum annorum,
 ipsamq; *σόννη Φωνήν*, quæ Liberis Parentibusq; intercedit, respi-
 cimus: Parentes quippe communi ac naturæ lege præire debe-
 bant: jccirco etiam semper exoptant, ut Liberorum manq; ocu-
 los ipsorum operiant, inq; Monumentis assidua hæc querela
 exauditur,

*Quod decuit Natum Patri præstare sepulto,
 Hoc contra Nato præstitit ipse Parens.*

Tamen si vel Infantia miseras, vel totius Vitæ humanæ cala-
 mitates, vel etiam præsentium temporum deperditum planè
 statum curatius aliquantò consideraverimus, merito cum Elo-
 quentiæ Parente Cicerone l. i. Tusc. pellendas esse istas in-
 eptias penè aniles, *Ante tempus mori miserum est*, pronunciamq;
In primo etenim ipso ortus vestibulo, Platone, sive quovis alio Dia-
 logi qui sub Axiochi nomine legitur, autore, *Infans plorat & à
 dolore vitam auspiciatur, nec ab ulla quidem molestia immunis est,
 dum omnium incommodorum angustiis obsidetur atq; circumvalla-
 tur, vel rerum necessariarum penuria, vel frigore, vel calore, vel
 plagà aliquà, quam tamen nondum fari, nec doloris sui causas expli-
 care, sed solo vagitu atq; ejulatu angoris mæstitiaq; signum dare po-
 test.* Quales circa hanc ætatem curas Parentes torqvere puta-
 ris? semper namq; inter spem metumq; versantur, ne quid
 mali vel cum nutricis lacte sugant, vel à papulis, varis, ecchy-
 matis, pustulis, destillationibus, catarrhisvè patiantur, neve
 Virtutū semina aut in herba ipsa, quod ajunt, comprimantur,
 aut etiam insiti illi & innati naturæ flosculi, vel in ipsis cunis

mor-

mbriferi sibili adflatu quasi siderati, & calculis suis excusfi, in-
rescant atq; ὠλεσίναρτοι emoriantur. Cæterum hic ipse Infant-
tum dolor, aliorum dolorum, qui in omni deinceps vitâ per-
ferendi sunt plurimi, principium est, crescitq; quantum ipse
puer crescit, nec desinit, priusquam Homo inter vivos super
terra esse desinat, uti eleganter satis miseras vitæ humanæ Vir-
gilius subsequenter versibus expressit, canendo;

*Optima quæq; dies miseris mortalibus avi
Prima fugit, subeunt morbi, tristisq; senectus,
Et labor & dura rapit inclementia mortis.*

In cunctis siquidem vitæ generibus & statibus, si rectè ratioci-
nemur, plus laboris quam quietis, mœroris quam lætitiæ, luctu
quam solatii, difficultatis quam facilitatis, periculi quam secu-
ritatis inveniemus, multosq; ubiq; aculeos, calamitates, affli-
ctiones, ærumnas & miseras. Hinc laudatissimus ille inter
omnes veteres Scriptor & Virtutis studio penè Christiano meli-
litissimis suis verbis *tam oppletam*, ait, *miseris hanc vitam esse, ut*
nemo sit accepturus oblatam, nisi insciis daretur omnibus. Quid
vero de præsentis tempore statuendum? Annè hoc tutum est, &
securitatis plenum? Desiit forte exarmata Bellona sanguineū
flagrum exercere; desiit sævire ὁ βροτολογὸς, Μικαφῶνος ταχεσιπλή-
της perniciens mortalium cædibus pollutus, murorum oppu-
gnator & aversor; Reducti sunt in fundos & lares, unde fugati,
ejecti, exturbati erant, Coloni; Tuti hos & equirura peram-
bulant; Nutrit rura Ceres almaq; Fauflitas; Pacatum volitant
per mare Navitæ; Culpari metuit fides, certè culpam premit
comes. Emendata est annonæ labos & caritas; Reductū cornu
copiæ, correcti mores adolescentum; Non curis, non damno,
non dedecore Parentes afficiuntur à perversis & inobedienti-
bus Liberis; adeoq; felicius nunc vivitur, quam si redeant in
aureum secula priscum. Optare quidem id licet, potiri optatis
an liceat, DEUS belli & pacis arbiter, promus condus, dispen-
sator supremus novit. Certè nondum contigit his locis ea fe-
lici-

licitas, ut piè defunctos votis in vitam revocare, & hujus felicitatis compotes reddere si possimus, consultum quoque arbitremur. Omnia siquidem malorum & vitiorum genera, quasi jam demum ex illo Pandoræ vasculo, de quo in Poëtarum fabulis, evolarint, ubique dominantur. Regnant passim ambitio, invidia, simulatio, fraus, luxus & avaritia. Gratulentur itaque potius sibi Parentes mellitissimæ Virgunculæ, cujus causa hoc scriptiois genus in nos suscipere coacti sumus, & nos illis simul, quod Filiolam Sangvine Servatoris JESU CHRISTI lotam & mundatam ex hoc impuro mundo sublatam, & in cœli choreas astriceas translata sciunt. Quid enim tam secundum naturam, quam referre gratiam aut ori? non amittuntur, sed præmittuntur, quos non Mors absorbet, sed æternitas recipit. *Nec refert, teste Seneca, quot annos habeam, sed quot acceperim, si plus vivere non possum, hac est mea Senectus.* Et ut, divi Hieronymi utar verbis, *Inter eum qui decem vixit annos & illum qui mille, postquam idem vita finis advenit, & irrecusabilis Mortis necessitas, transactum omne tantundem est, nisi quod magis senex onustus peccatorum fasce proficiscitur.* Comuni quidem opinione, uti supra dictum, ita obtinuit, ut immatura illius mors & ante tempus contigisse videatur, quisquis ad aliquam perfectiorem ætatem non pervenit. Quasi verò à Natura, aut DEO potius, vita nobis certâ quâdam lege data sit, & non nisi in senectute ponenda? Nam reverà nemo ante tempus moritur; cum eâ conditione nobis concessa vita sit, ut reddatur Creditori, quocumque die illam repetat, quam cuique, licet arbitrio tacito, dixit, simul exiit in lucem. Inquilini saltem sumus, & in conducto habitamus, atque hoc corporis domicilium ad breve tempus à Naturâ sicut taxat commodatum, verumque nostrum *πολιτεύμα* non in hoc terreno cœno, sed in cœlesti illa & triumphali gloria quærendum est. Desinite ergo Parentes mœstissimi mollium quærelarum, nolite flere acerbius; nolite lugere immoderatus: nolite vos sternetypicæ dedere gentilium, modum luctus ponite.

Nam

Nam quæ funere hodie efferetur Filiola, quam voluptatem ac delicias vestras putavistis, ex hoc miserabili errorum & terrorum theatro, eâ ipsâ ætatulâ, quæ à subterraneo illo thesauro, ut Tertullianus appellat, quo mortui jacent, quam longissimè abesse credebatur, secundum DEI beneplacitum, tam celeri motu hinc amissa est, ne illi in posterum vel furiosa Ate, vel improba Afrania, vel truculenta Hecate quicquam amplius faceretur negotii. Non autem eum in finem hæc commentor, ac si dolorem è charissimorum Liberorum obitu acceptum coniectu facilem putem. Ego profectò non magis illum scriptura meâ me exprimere posse confido, quam Timantes olim vultum Agamemnonis penicillo; Is enim cum in Iphigeniæ immolatione, filiâ stante ad Aras periturâ, mœstum pinxisset Calchantè, mœstiorum Ulysses Menelao Patruo addidisset, & tristitiæ imaginè omnem consumpsisset: Patris ipsius vultum, quem dignè non poterat ostendere, velavit, & suo cujusq; animo dedit æstimandum. Similè in modum ego Dn. M. JOHANN. GEORGI BINDERIM, tuæq; dilectissimæ Cajæ ANNÆ Sandhagens / Liberos amantissimorum Parentum luctum non promo, sed in communibus omnium sensibus & in ipsa natura positum atq; infixum esse cupio. Vos enim, non facitis cum iis, qui gigantum more dicam naturæ scribunt, quando filiorum obitu legendos putant, filiarum negant, quod hæ, ut Græcus ille ait, aliena sint Patri possessio, familiæq; suæ & caput & finis. Præterquam verò, quod illi, qui inter Liberos masculos & fœmellas ambitione distinguunt, ipse iterum Euripides præclare scripsit *Patri nihil suavis esse seni Filiâ; masculos quidem majores animos, aptos verò minus ad blanditias.* Experti vos hæc estis abundè satis in vestrâ desideratissimâ Filiolâ; hinc meritò nunc ingeminatis. O acerbam illius horæ recordationem quæ plantula hæc amœnissima hortuli nostri conjugialis suffocata est. Ubi jam illa est, quæ visa vultum relaxabamus? Ubi oculi, quibus mirificè pascēbamur? Ubi manus, quibus svaissimè amplexabamur? Ubi ille acceptus occursum? illa grata nobis
hila-

hilaritas, quæ nostros animos non secus delectabat ac prima So-
 lis orientis crepuscula ridere blandius solent? Ubi illa omnia?
 Cecidit unicū solatium nostrū, cecidit columna domus nostræ,
 cecidit ocellus atq; corculū senis Avi. His tamē non obstantib9,
 si vobis divino beneficio contingeret, quod puero Prophetæ
 contigit in castris ad Dothan, ut oculis corporis usurpare pos-
 setis, quod animo omnes credimus, atq; ita Filiolam in sancto-
 rum Angelorum sodalitia videretis exultantem, DEO laudes
 & hymnos canentem, in veste purâ, agni immaculati sangvi-
 ne mundatam, vitæ cœlestis corona ornatam, quid vos acturos
 putandum. Fleretis credo ac doletis, filiolam vestræ curæ
 surreptam, periculis exemptam, inter cœlestes animas securū
 & immortale ævum agere: Imo non faceretis: quoniam DEO po-
 tius ex animo gratias ageretis, quod filiolam duplici beneficio
 affecisset, quam & periculi metu liberatam & vitæ æternæ lati-
 tia plenam esse, certò cognitum ac persuasum haberetis. Quæ
 in hanc sententiam dici, & pro mitigando luctu vestro afferri
 plura possent, nō attingo, quū vos & his instructos esse, & mœ-
 rore dejectos optimè erigere novisse sciam. Illa saltem, quæ pie-
 tas tua, mœstissime Parens, mihi de Filiolæ vestræ, cui nunc O-
 rationem commodam9, origine, progenitorib9, morteq; con-
 cessit, more sueto, prout accepi, hic subnectā. *Nata est hac me-
 die XXI. Junij post septimam matutinam Anno MDCLXXIV. Patre
 M. JO ANNE GEORGIO BINDRIM, Matre verò ANNA Sand-
 hagens. Avo Paterno Reverendo JOHANNE GEORGIO BINDRI-
 MIO, Pastore Rövershagæ meritisimo, Smalcaldio oriundo, Avia Pa-
 terna ANNA Griesen/ Reverendi Dn. DANIELIS Griesen/ Pasto-
 ris quondam Rövershagensum Filia, Vidua jam, hunc quoq; neptis
 sue ob casum, mœstissima. Avo Materno Reverendo Pl. Dn. M. REM-
 BERTO Sandhagen/ Ministerii Rostochiensis Seniore venerãdo
 Abavo GABRIELE Sandhagē/ Pastore in Boreholtshausen West-
 phalia. Avia Materna DOROTHEA Alwarts/ hujus Urbis Cive
 ac Cerevisario JACOBO Alwarten progenita. Ut nata, nobis
 prima*


prima cura; ut renasceret, dein bene ut educaretur, fuit. Cumq;
 illa jam esset aetate, ut virtutis bonaeq; indolis inesse semina reproprio
 restaretur, gratularemurq; nobis spem nostram non vanam, ecce inspe-
 rato die *XXIX. Aprilis valetudinaria: adbibita medicamina, sed in-*
castum; ingravescente adeo morbo, & ipsa confugit ad preces, caele-
stia gaudia, suorum calitumq; consortium subinde repetens delecta-
batur esse cum resuscitato Jesulo, in quo ipsum Infernum & Mortem
dedicasse mirifica ei feris hisce paschalibus fuit complacentia, sic ut
Japisime illud, & Gott sey Dank der uns den Sieg gegeben hat durch
unsern Herrn Jesum Christ/ etc. ingeminaret, canticag; in tem-
plo & domi quae audierat, summa cum delectatione magis quam atas
haec ferret, frequenter repeteret, imo tributum ante quam efflaret, ad-
vocato Avo, ut cupiebat, ipsaq; praecunte, preces quas novem elava voce
repetebat, interdum praeveniebat suspirando, JESU Fili David mise-
rere mei, adjuva me miserrimam peccatricem, haec aliag; per semi-
horulam; sed tandem fessa & fracta se composuit placideq; inter no-
stras preces & lacrymas exhalando se suo resuscitato JESULO stitit
post primam meridianam die III. Maji Anni 1677. triennio nondum
exacto. Quam angar, scient, qui sciunt, quid sit, unica eaq; sua-
visimam, amabilissimam, optimam spei & indolis filiam orbari. Hen verius
est. Odi precocem. Abundè tu his, quid animi super Filiolam sua-
visimam amissa habeas, testatum facis, & quidem rectè: Non enim
affectus admittit paternus, ut festivitatis ingenii & illius
hilarioris indolis, quam Virguncula haec ANNA DOROTHEA
omnes facile capiebat, reliquarumq; animi dotium virtu-
tumq; seminum, quae in ea agere herbam atq; virefcere vide-
bantur, memoriam cum ipsa morte statim deponas, & ex ocu-
lis sublatam lachrymis non prosequaris. Bruta namq; anima-
lia, si foetu suo privantur, moestos edunt ejulatus, & Homo, in
quo affectu teneriores sunt, sine gemitu & siccis oculis interitu
suorum quibusq; praecipue animam amantes dederunt, intueret-
tur? Gaude tamen potius moestissime Prens, te Filiam talem ha-
buisse, & usum fructum ejus, quamvis brevior voto tuo fuerit,
 boni

boni consule. Cogita jucundissimum esse quod habuisti: humanum quod perdidisti: Non illa perdidit lucem, sed securiorem consecuta est. Non illam varioli, qui vivam lecto affigebant, non febris continua, non dolores anxietatesq; cordis, quæ omnem nostram curam omnemq; nostram industriam in adhibendis remediis licet appropriatissimis flocci faciebant planeq; respuebant, amplius infestant. Quod habuisti ergo in summis bonis pone, & pro pietate tua cogita, quam dono DEI ac munere acceperas, eandem ejus voluntate amisisse vel potius præmississe, optimeq; cum Filiolâ tua actum esse, quæ tot perversas Seculi labes & corruptelas, tot ærumnas laboresq;, quibus obnoxii semper mortales sumus, præverterit, sanctaq; ac innocens & undiq; felix excesserit rebus humanis. DEUS enim est, est Pater noster, qui non nisi bona quæq; & salutaria nobis imponit, etiamsi sensibus oculisq; nostris aliter videatur. Huic sanctæ animulæ benedicat DEUS in æternum, resarciatq; pro benignissimâ suâ voluntate damnum *familie Sandbagiane* hisce diebus per evocationem unius Nepotis duarumq; Neptium, illatû, ne deficiat columnarum Domus *Bindrimiane* tum *Helwigiane*, sed Stemmata illa floreat vigentq; in secula. Possem hic evagari longius, nisi angustia pagellarum mihi obicem poneret. Hoc unicum duntaxat, quod hodiernus dies efflagitat à Vobis singulis, qui Academicam Jurisdictionem agnoscitis, eâ quâ par est observantia & diligentia contendo, ut hora. I. in æde Nicolaitanâ frequentes comparere, funeris deductioni interesse, piisq; precibus & vitam vestram & universam Germaniam DEO maximo serîo commodare ne recusetis. Id quod pietas & Christiana charitas à nobis exigit. Ite ergo exequias, & date hoc quicquid est officii mœstissimis Parentibus, Clarissimis Dn. Cognatis & Affinibus, de re literaria quotidiè benè merentibus, qui vestrâ hâc benevolentia dolorem conceptum non nihil sublevari & mitigari sentient, date piis manibus mellitissimæ Virgunculæ, qui hoc ultimo honore dignissimi sunt, date deniq; communi mortalitati, quæ aurem meritò vellicare debet, & cuius insuffrere. **HODIE ILLI, CRAS MIHI.**


P. P. Sub Sigillo Magistratus Academici die VIII, May,

Anno MDCC LXXVII,





GK





prima cura, ut renasceretur, dein bene
illa jam esset aetate, ut virtutis bonaeq; in do
restaretur, gratularemurq; nobis spem nos
rato die XXIX. Aprilis valetudinaria: ad
cassum; ingravescente adeo morbo, & ipsi
stia gaudia, suorum celitumq; consortiu
batur esse cum resuscitato Jesulo, in quo ip
devotissime mirifica ei feris hisce paschalib
sapissime illud, & Ut sey Dand der uns d
unsern HErrn Jesum Christ/ etc. inge
plo & domi quae audierat, summa cum del
bac ferret, frequenter repeteret, imo tribo
vocato Avo, ut cupiebat, ipsosq; praecunte, pra
repetebat, interdum praeveniebat suspiran
rere mei, adjuva me miserrimam peccat
borulam; sed tandem fessa & fracta se co
stras preces & lacrymas exhalando se suo
post primam meridianam die III. Maji An
exacto. Quam angar, scient, qui sciunt
visissima, amabilissima, optima spei & in do
est. Odi praecocem. Abundè tu his, quic
visissima amissa habeas, testatū facis, & q
affectus admittit paternus, ut festiv
hilarioris indolis, quae Virguncula haec
omnes facile capiebat, reliquarumq;
tumq; seminum, quae in eam agere herb
bantur, memoriam cum ipsa morte sta
lis sublatam lachrymis non prosequaris
lia, si foetu suo privantur, moestos edun
quo affectu teneriores sunt, sine gemitu
suorum quibusq; praecipue animū amat
tur? Gaude tamen potius moestissime Par
buisse, & usum fructum ejus, quamvis b

the scale towards document

10 09 03 02 01 C7 B7 A7 C8 B8 A8 C9 B9

C1 B1 A1 C2 B2 A2 B5 A5 20 18 17 16 11

Patch Reference numbers on UTT

Image Engineering Scan Reference Chart TE263 Serial No.